

§. III.

De Effectu Collationis.

- 160 **E**ffectus Collationis alius est jam facta; alius faciendae. Effectus faciendae consistit in remediis, ad Collationem incundam destinatis: si enim quis suas res conferre recusaverit, & actionem aliquam hereditariam moverit, aut debitum hereditarium exegerit, actiones ei denegantur, vel exceptio de non-facta collatione opponitur. *d. l. hic ritulus 1. §. 10. & 13. ff. l. filia 12. l. si maritus 14. l. filium 16. Cod. de Collationib.* Sin vero actionem non moverit, & in possessione rerum hereditarium perstiterit, imploratur officium Judicis, ut collationem impieret, ac contumacem multa aliisve remediis ad conferendum adigat. *arg. l. quomquam 1. §. 2. in pr. ff. de Dot. collat.* Quin &, si divisio hereditatis jam peracta, sed collatio petita vel executioni data non fuerit, nihilominus per implorationem officii Judicis impetrari valet. *l. si foror 7. Cod. de Collat. Lauterb. ad eund. tit. ff. §. 24. D. Moser de Collat. cap. 8. num. 5.*
- 163 Effectus factae collationis est, quod collatae res hereditatis massae inferantur, nec aliter, quam aliae, pars hereditatis esse censentur.
- 164 *arg. l. hic ritulus 1. §. 11. de Collation.* Cui consequens est, quod res collatae inter liberos dividantur, ac aequalitas inter illos servetur. *l. ut liberis 17. l. illam merito 19. l. illud*

finē 20. in pr. Cod. d. r. D. Moser de Collat. cap. ult. num. 2. Quamquam res ipsas non ita praecise aequaliter, sed pro portionibus hereditariis dividi, tradat Stryck de Collat. cap. §. 9. per *d. l. hic ritulus 1. §. ult. ff. de Collation.*

Quaeres I. utrum jus collationis ad haeredes transeat?

Resp. quod transeat tam active, ut, si mortui fuerint ante collationem, quibus debetur, eorum haeredes eam petere valeant. *d. l. hic ritulus 1. §. 8. ff. l. si maritus 14. Cod. de Collat.* quam passive, ut, si decesserint, qui ad collationem obligantur, eorum haeredes quoque conferre teneantur. *Vinn. de Stryck. cap. 16. num. 6. D. Moser d. l. num. 3. Stryck d. l. §. 9.*

Quaeres II. quid, si dubium veritatis de rerum conferendarum aestimatione, faciendum?

Resp. quod, si constet, à liberis res aliquas, quae collationi subjacent, possideri, dubitetur verò de earum aestimatione vel quantitate, illa à liberis mediante juramento designari debeat. *Stryck d. l. §. 12. Mev. p. 1. decis. 81.* Quamvis, si dubitetur, utrum liberi res conferendas possideant, probatio ab eo, qui collationem desiderat, faciendae sit. *arg. l. rationes 6. Cod. de Probat. idem ib.*

CAPUT II.

De Successione Prætoriana.

Secunda Successionis ab intestato species est Prætoriana, quam, in subsidium & supplementum Juris Civilis, à Prætoro Romano introductam, strictim tractabimus.

SECTIO I.

De Natura & Varietate Successionis Prætorianae.

SUMMARIUM.

1. Explicatur Successionis Prætorianae nomen.
 2. Vocatur aliis Bonorum Possessio.
 3. & sequ. Describitur legaliter, & dilucidatur.
 7. Datur definitio succinctoria.
 8. Alia est editialis, alia decretalis.
 9. 10. Probantur & defenduntur hac membra dividenda.
 11. & 12. Alia ordinaria, alia extraordinaria.
 13. Alia ex testamento, alia ab intestato.
 14. & sequ. Explicatur Successio secundum tabulas, & subnectuntur exempla.
 17. Illius requisita.
 18. & sequ. Explicatur Successio contra tabulas, cum subjunctis exemplis.
 23. & sequ. Explicatur Successio ab intestato.
- §. I.
Quid sit Successio Prætoriana?
- S**uccessio Prætoriana, nomen ab Authore suo, Prætoro scilicet, adepta fuit: cum enim Jus Civile Successionem hereditariam angustis valde limitibus circumscribere,

- in pr. & §. aliquando 1. *Inst. de Bonor. possess. docet.*
- Vocatur aliis consuetò vocabulò Bonorum Possessio: quia secundum Juris Romani principia non poterat Prætor haereditem, velut dominum Universalem ex Jure Civili, sed tantum bonorum possessorem facere; licet hæc mera subtilitas fuerit, & in effectu non apparuerit differentia. *d. §. aliquando 1. l. in omnibus 2. ff. eod. Stryck de Success. ab intest. differ. 9. cap. 1. §. 11.*
- Definitur in *l. bona autem 3. §. 2. ff. d. 2.* quod sit *jus persequendi retinendæ patrimonii, sive rei, quæ cuiusque, cum moritur, fuit.*
- Definitur I. *jus*, quod idem est ac facultas seu potestas, resultans ex possessione seu dominio prætorio, quod quis habet in bonis, à defuncto, cui succedit, relictiis. *Brunn. ad cit. l. n. 2. Stryck cit. l. §. 19.* Unde Successio Prætoriana, seu Bonorum Possessio, hic in actu primo, non in actu secundo, consideratur.
- Dicitur II. *persequendi, retinendæ patrimonii.* Vel enim bona hereditaria jam possi-

dentur, vel non? Si illud; datur hærediti Prætorio jus persequendi jus petendi, mediante possessoria hæreditatis petitione. Si hoc; datur nihilominus petitio bonorum vel patrimonii, non quidem ut obtineatur possessio de facto, sed ut acquiratur de Jure, ac justa declaratur. *Stryck cit. l. §. 20. Miller ad Struv. exercit. 37. th. 3. l. g.*

Dicitur III. *sive rei, quæ cuiusque, cum moritur, fuit.* Per rem intelliguntur bona, non quatenus denotant id, quod, deductò are alienò, superest, prout bona sumuntur in *l. subsignatum 39. §. 1. l. bonorum 49. ff. de V. S.* sed quatenus includunt universitatem rerum & jurium, à defuncto relictorum, commodum & incommodum, credita & debita. *l. bonorum 1. l. bona 3. in pr. ff. de Bonor. Poss. Zoëf. ad eund. tit. n. 1.*

Brevius & clarius Successionem Prætoriam seu Bonorum Possessionem definit *Struv. cit. l. th. 3.* quod sit *jus seu facultas succedendi in universum jus defuncti, à Prætoro, eò nomine imploratò, concessum.* Paulò aliter describit *Lauterbach, cit. §. 5.*

§. II.

Quid sit Successio Prætoriana Edictalis & Decretalis; Ordinaria & Extraordinaria?

- S**uccessio Prætoriana seu Bonorum Possessio dividitur in Edictalem & Decretalem. Edictalis est, quæ defertur certo personarum ordini ex solo edicto Prætoris de plano, nec causæ cognitionem vel decretum ex sua natura desiderat. Decretalis est, quæ quidem etiam ex Edicto Prætoris originaliter defertur, sed præcedentem causæ cognitionem, cum decreto ex natura sua efflagitat. Hæc divisio probatur aperte in *l. posteaquam 1. §. 4. ff. Si tabule rest. nulla extrab. l. successorium 1. §. 7. ff. de Success. Ed. l. utile tempus 2. §. 1. ff. Quis Ordo in Bon. possess. & contra nonnullos antiquiores defenditur à RR. Harppr. ad pr. *Inst. de Bon. poss. num. 10. Stryck cit. l. §. 21. & sequ. Struv. d. l. th. 9. Lauterbach §. 6. & 7. Clariss. D. Franz ad cit. tit. Inst. n. 2.**
- Dixi: *ex sua natura.* Nam ex accidenti quandoque contingit, ut, si contradictor statim ab initio se sistat, in Edictali Successione causæ cognitio summarie concurret. *Eckold ad cit. tit. §. 5. Struv. d. l. th. 9. Miller ibid. l. 2.*

Edictalis subdividitur communiter in Ordinariam & Extraordinariam. Ordinaria est, quæ ex certa Edicti Prætorii parte, certo personarum Ordini, v. g. legitimis hæreditibus defertur. Extraordinaria est, quæ extra ordinem, non ex certa Edicti parte, sed ex Legibus, SCis, aut novis Constitutionibus, variis personis, vel stabiliter seu definitè, vel instabiliter & indefinitè, prout res exigat, & æquitas suadet, conceditur. *l. un. in pr. ff. Ut ex Legibus Senatûsve consult. Bon. poss. det. qualis est, quæ datur posthumis, testamentò præteritis, vel potius illorum locò matri prægnanti, in cuius utero post obitum patris clauduntur, de qua in tit. ff. de Ventre in possess. mist. item Carboniana, quæ datur liberis impuberibus, quibus est mota statûs controversia, de qua in tit. ff. de Carbon. Ed. Sed quia Extraordinaria Bonorum Possessio, ut patet ex datis exemplis, causæ cognitionem ex sua natura desiderat: hinc malim, possessionem Extraordinariam dicere Decretalem, quam Edictalem. *Vid. Lauterb. cit. l. §. 8. D. Franz n. 3. & sequ.**

§. III.

Quid sit Successio Prætoriana ex Testamento, & ab intestato?

- S**uccessio Prætoriana seu Bonorum Possessio ulterius discernitur in eam, quæ datur ex Testamento, & quæ petitur ab intestato. Successio ex Testamento supponit Testamentum, & duplex est: una secundum; altera contra tabulas. Successio secundum tabulas est, quando Testamentum ex rigore Juris Civilis invalidum est, sed ex benignitate Prætoriana sustinetur, ac secundum illius te-

norem succeditur; veluti si post Testamentum conditum posthumus, in eo præteritus, nascatur, sed ante testatorem moriatur: tunc enim Testamentum, nativitate posthumi de Jure Civili ruptum, sola Prætoris æquitate defenditur, & hæredi instituto Bonorum Possessio secundum tabulas conceditur. *l. posthumi 1. 2. in pr. ff. de Inst. tempo &c.* Idem evenit, si quando filius suus, in Testamento patris præ-

teritus, ante mortem illius decessit: nam etiam hoc casu Testamentum, subtili Jure nullum, auxiliò solius Prætoris subsistit. *l. acquif. forum 2. in pr. ff. de Bonor. possell. secundum tab.*
 16 Pariter si filius in sui præteritionem consentiat, vel ante vel in vel post Testamentum, in quo præteritus est, secundum apices Juris Testamentum deficere videtur: at humanitas Prætoris subvenit, & hæredi scripto Bonorum Possessionem secundum tabulas concedit. *l. filio præterito 17. ff. de Injuria, rupto &c. Latè & insigniter Stryck cit. r. de Success. ab intest. differt. 9. cap. 4. per tot. Relegantur etiam differt. in p. 1. cap. 1. num. 161. & seqq.*
 17 Interim, ut Possessio secundum tabulas à Præatore indulgeatur, necessum est, ut *l. tabule Testamentariae* mortis tempore extent. *l. tabulas 1. §. 1. & seqq. ff. de Bon. possell. secundum tab. II.* ut intelligibiliter contineant nomen & institutionem petentis *l. ult. ff. d. r. saltem.* tempore mortis testatoris, aut publicati testamenti *l. un. ff. si tabula extab. si enim antea nomen petentis, etiam inconsultò, ita deletum fuerit, ut legi non possit, denegatur possessio d. l. un.* III. ut testator habuerit jus testandi tam mortis tempore, quam Testamenti conditi *d. l. tabulas 1. §. 8.* IV. ut septem testium signacula habeat *l. cum tabula 7. ff. eod. Intellige, si Testamentum sit scriptum: nam, si nuncupativum sit, hæredis declaratio coram 7. testibus, ad utilem Bonorum possessionem, sufficit *l. ult. Cod. d. r. Stryck d. cap. 4. §. 7.**

18 Successio contra tabulas est, quando Testamentum, antehac conditum, exceptis solis legatis, quæ parentibus, liberis, uxori, & nuri sunt relicta, penitus evertitur *l. hic titulus 1. in pr. & r. ff. de Legat. præst. ant. contra tabb.*
 19 Datur I. liberis emancipatis, quorum, cum Jus Civile curam non habuerit, & præteritionem admisit, miserus est Prætor, & Bonorum Possessionem contra tabulas indulget *l. si emancipatus 6. §. 1. ff. de Bon. Poss. contra tab. Revideantur dicta in p. 1. cap. 1. num. 150. & seqq.*
 20 II. patri, qui à filio emancipato fuit præteritus, non quidem quoad totam hæreditatem, sed dimidiam solummodo partem *l. emancipatus 1. in pr. l. Paconius 3. in pr. §. 1. ff. si quis à Parente &c.* III. liberis suis præteritis, qui, si querelam nullitatis omiserint, & Prætoris auxilium implorare voluerint; Bonorum Possessionem contra tabulas impetrare possunt *§. eadem hæc 12. Inst. de Hæred. quæ ab intest. l. maximum 4. §. sancimus Cod. de Liber. præterit. Legatur cit. 22 Stryck cap. 5. per tot.*

cessio contra tabulas, cum aperiat viam Successioni ab intestato, propius accedit instituto nostro, quam illa prior secundum tabulas.
 Successio Prætoris ab intestato quoadam 23 g. species continebat; postea, demptis quatuor, adhuc quatuor remanserunt *§. sunt autem 3. §. sed eas 4. Inst. de Bon. possell. ubi Harpprecht & alii Interpretes. l. dici 24 tur ex verbis initialibus edicti Unde liberi; daturque potissimum liberis emancipatis, qui de Jure Civili non solum in Testamento præteriti, sed etiam ab intestato succedere non poterant *§. emancipati autem 9. Inst. de Hæred. quæ ab intest. Præterea datur 25 omnibus, quibus Bonorum possessio contra tabulas competit *l. posteaquam 1. §. 6. ff. Si tabula testam. non extabuit unde liberi. II. 26 dicitur Unde legitimi; quæ non tam ex necessitate Juris quam utilitate datur illis, qui per Legem aut similem constitutionem ad hæreditatem alterius vocantur, quales sunt liberi respectu matris *l. si repudiaverint 2. §. 3. l. generaliter 3. ff. Unde legitimi. III. 27 dicitur Unde cognati, quæ non tantum utilis, sed etiam necessaria priscis temporibus erat cognatis, seu per lineam maternam conjunctis, succedere volentibus; utpote cum Jus Civile nullam cognationis, sed agnationis tantum rationem habuerit *l. hæc bonorum 1. in pr. ff. Unde Cognati. Datur igitur omnibus, qui ex uno seu communi sanguine initium habent, cognatis & agnatis *d. l. hæc bonorum 1. §. 1. hæc parte 2. l. si spiritus 4. l. Modestinus 8. ff. d. r. IV. dicitur Unde vir & 28 uxor, per quam conjuges ad mutuum successione in defectum collateralium invitantur, si matrimonium, legitime contractum, usque ad tempus mortis steterit *l. un. in pr. & §. 1. ff. l. un. Cod. Unde vir & uxor. Hæc 29 quæ postrema Successionis Prætoris ab intestato species hodie dum, ad obtinendum integrum defuncti conjugis patrimonium, conjugii superstiti est necessaria. Prioris tres post Nov. 118. quæ Successio Civilis est dilatata, non amplius sunt necessaria. Casus exceptos enumerat Stryck cit. differt. 9. cap. 6. §. 7. & seqq.*******

Quæres non abs re: num detur bonorum possessio ex testamento militari, vel ab intestato?
 Resp. bonorum possessionem dari tum ex testamento, non quidem contra sed secundum tabulas *l. un. in pr. ff. de Bon. possell. ex testam. milit. l. si à milite 29. §. ult. ff. de Testam. milit. tum ab intestato, intra 5. gradum *l. ult. ff. de Veteranor. & milit. success.**

SECTIO II.

De Ordine, Tempore, Modo, & Effectu Successionis Prætoris.

SUMMARI.

31. Successio ab intestato Prætoris postponitur successioni ex Testamento. 32. Servatur proximitas gradus & lineæ. 33. Requiritur habitus persona. 34. Deficiente proximioris successio

cedit remotior. 35. Debet agnosci intra certum tempus. 36. Quod ab initio est vile. 37. Postea contrarium quoad Successionem editalem.

38. & seq. Agnito coram Judice factenda. 40. Inducantur alia, Judicio connexa. 41. & 42. Agitur de effectibus.

§. I.

De Ordine Successionis Prætoris.

IN Successione Prætoris præprimis servatur Ordo; nec prius Possessio Bonorum ab intestato petitur, quam Bonorum Possessio secundum vel contra tabulas defecerit *l. intestati 1. §. 1. ff. Qui ordo in possess. servet.* Ab intestato verò servatur ordo proximitatis in linea & gradu, adeò ut, qui in linea & gradu proximior est, primus in Successione sit: indeque, sicut in Successione Civili primò descendentes; deinde ascendentes; post hos collaterales, & inter eos primi fratres & sorores; denique vir & uxor vocantur: sic etiam in Successione Prætoris eodem ordine veniunt ad Successionem *l. posteaquam 1. in pr. & §. 1. l. scripto 7. §. un. ff. Si tabula testam. nulla extab. unde liberi &c. d. l. intestati 1. in pr.*
 32 Aliquod tamen remotiores cum proximioribus concurrunt: si enim quis filium emancipaverit, & nepotes ex eo retinuerit, Jure Veteri una cum filio nepotes admittuntur, & inter illum & istos hæreditas dividitur *l. si quis 1. in pr. ff. de Conjugend. cum emancipat. lib.*

Quæcunque verò linea vel gradus admittatur, debet persona, Bonorum Possessionem desiderans, esse habilis, ut hæres fieri possit: nam, qui Jure Civili nequit esse hæres, nequit esse Bonorum Possessor Jure Prætoris *l. non est 12. §. un. ff. de Bon. Possell. l. un. ff. Quis. non competit. bon. possell.*
 Quod si proximior omittat, petere Bonorum Possessionem, vel quia non vult, vel quia non potest, succedit alius in gradu propinquior, non tantum in eodem ordine & classe, adeò ut cognatus vel agnatus in tertio gradu succedat cognato vel agnato in secundo gradu *l. successorium 1. §. 10. ff. de Success. Ed. sed etiam in diverso ordine, sicut, deficiente filio, succedant fratres aut reliqui collaterales; si non ex Jure Veteri per cit. l. successorium 1. §. 11. saltem de Jure Novò, placebat 7. Inst. de Legit. Agnat. Success. ubi Harpprecht num. 1. & seqq. l. si mater 1. Cod. de Success. Ed. Brunneimann in commentar. ibid. num. 1. & seqq. Zöfel. ad tit. ff. eod. num. 1. & 2. Stryck in usu mod. ad citat. tit. §. 1. & 2.*

§. II.

De Tempore & Modo petendi Successionem Prætoriam.

SUCCESSIO Prætoris debet agnosci, & peti intra certum tempus; nempe si competat liberis aut parentibus, intra spatium unius anni; si in competat aliis, à latere venientibus, intra 100. dies *§. sed eas 4. in fin. Inst. de Bonorum Possell. Quod tempus ab initio est utile, nec currit ignorantis, in petenda 6. Inst. d. 1. l. utile tempus 2. in pr. & §. 1. ff. Quis. Ordo in Possell. Quin nec illi currit, qui petere non valet, forte quòd adit proximior in gradu *l. si plures 9. ff. de Bon. Possell. aut intellectum non habeat, sicut est infans aut furiosus *l. furioso 1. ff. de Bonor. possell. furioso &c. licet, si curator tunc petere omittat, proximior in gradu vel substitutus, cum cautione, admittatur. d. l. furioso 1.* Est tamen postmodum eò sensu continuum, ut computentur dies facti & nefasti *d. l. utile tempus 2. in pr. præterquam si Bonorum Possessio fuerit Decretalis, quam petere non licet diebus nefasti *d. l. §. 1. cum sit actus Jurisdictionis voluntaria mixta, solentem causæ cognitionem desiderans. Stryck de Suc. ab intest. cit. diff. 9. cap. 2. §. 17.****

Præterea debet Successio Prætoris agnosci, & petique coram Judice; & quidem, si causa cognitionem haud exigat, qualis est Edictalis, quiscunque Jure adiri potest *l. ult. Cod. Qui admittit ad Bon. Possell. Sin Decretalis sit, ac solentem causæ desideret cognitionem, Judex competens sit, oportet per l. bona autem 3. §. 8. ff. de Bon. possell. d. l. utile tempus 2. §. 1. ff. Quis. Ordo &c.* Ratio diversitatis jam; inveniatur est: quia Successio prioris generis reducitur ad actus Jurisdictionis voluntariæ simplicis; Successio posterioris generis refertur ad actus Jurisdictionis voluntariæ qualificatæ seu mixtæ. Brunn. ad d. l. ult. num. 4. Stryck d. l. §. 13. & seqq. Ex qua ratio non ulterius sequitur. Bonorum Possessionem Edictalem in & extra Judicium; tempore feriatis & non feriatis; in propria & aliena causa agnosci posse; secus possessionem Decretalem. Confer in Lib. I. Tract. de Jurisdiction. cap. 8. num. 26. & seqq. & Stryck in cit. l. cap. 2. §. 13. ubi notat, quòd coram Notario bonorum possessio peti nequeat.

§. III.

De Effectu Successionis Prætoris.

EFFECTUS Successionis Prætoris insignes occurrunt. Nam, postquam agnita fuit, tribuit Possessori dominium hæreditatis Prætoris *arg. l. in omnibus 2. ff. de Bon. Possell. P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.*

dat facultatem, possessionem facti, si bona possideantur à nullo, autoritate propria occupandi; si verò possideantur ab alio, confert interdictionem quarum bonorum per l. ait Prætor Ooooo